



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XIV. Bischof Wilhelm von Lebus bestimmt die Verfassung des seinem Bisthume gehörigen Dorfes Schleiße in Schlesien, am 1. Juni 1260.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

XIV. Bischof Wilhelm von Lebus bestimmt die Verfassung des seinem Bisthume gehörigen Dorfes Schleife in Schlessien, am 1. Juni 1260.

Nouerint vniuersi presentem litteram inspecturi, quod nos Wilhelmus, dei gratia episcopus lubucensis, villam nostram Slizow, cuius decima pertinet ad ecclesiam eiusdem ville manipulatim in campis, ab eo tempore cuius memoria non existit, dedimus Jure thetunico locandam sub tali forma, quod dum durauerit gratia libertatis, que incolis eiusdem ville est concessa, ipsi dent plebano, qui pro tempore fuerit, marcam et dimidiam vsualis argenti singulis annis, nomine decimarum, libertate vero expirante plebanus eiusdem ecclesie de quadraginta duobus mansis flaminicis, quos habet ipsa villa, percipiet medietatem census et dimidietatem decime equa lance, videlicet de quolibet manso vnum fertonem argenti, duas mensuras tritici et quatuor siliginis et VI auene, que vniuersa plebanus potestate seculari per receptorem pignorum, sicuti et nos, potest libere extorquere, preterquam de mansis liberis, quos scultetus locationis nomine dinoscitur possidere, de quibus tantum ad solutionem missalis annone annis singulis est astrictus. Preterea XXXVI mansos alios ab illis quadraginta duobus prescriptis liberos, decimas de curie nostre agris de omnibus frugibus et dimidiam marcam de taberna ad dotem eiusdem ecclesie recognoscimus pertinere, que scilicet cum singulis suprascriptis sub sigilli nostri munimine presentes scripti patrocinio confirmamus. Datum et actum Slifow, et dimidiam Slifow, coram curie nostre capellanis domino Thoma, domino Henrico, canonicis lubucensis, Conrado, notario nostro, et aliis multis. Anno domini Millelmo ducentesimo LX^o., kalendas Junii.

Wohlbrück I, 132.

XV. Wladislaus, Erzbischof von Salzburg und Herzog von Schlessien, bestätigt dem Kloster Heinrichau das demselben vom Bischof Wilhelm von Lebus geschenkte Dorf Wadochowitz, im Jahre 1268.

In nomine domini amen. Nos Wlodizlaus, dei gracia archiepiscopus Salzburgerensis, dux Slesie, notum facimus omnibus presentem litteram inspecturis, quod cum venerabilis pater, dominus Wilhelmus, Lubucensis episcopus, villam Wadochowiz a fratre nostro pie memorie duce Henrico et a nobis iusto titulo et in perpetuam possessionem pro centum et decem marcis argenti emerit, idem episcopus zelo deuotionis accensus pro salute anime sue et nostrorum remedio peccatorum eandem uillam donauit monasterio sancte Marie uirginis in Heinrichowe, sibi temporibus uite sue in ea usum fructuum referuando, quam donationem ratam et incommutabilem nostrum quantum in nobis est adhibentes consensum uolumus obseruari. In cuius rei perpetuam memoriam presentem litteram nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Wratizlauia, anno domini M^o. CC^o. LXVIII^o., presentibus magistro Petro, notario nostro,